

DE I. LOCO.

Nos esse debitores Dei, testatur Christus in parabolâ. Per regem enim regem cœlestem: per servum totum genus humanum: per debitum, nostra peccata intelligit. Debemus enim DEO decem millia talentorum, secundum accusationem Decalogi. Mandatum de vendendo, maledictionem legis significat.

Levit 27

V S V S.

Siquidem omnes Dei sumus servi, non invicem nos judicemus, sed unusquisq; sua ipsius opera probet. Nec confidendum in operibus nostris, quia non sumus solvendo.

Rom 14.

Galat:6.

Lucæ 17.

DE II. LOCO.

1. Peccata nostra non occultemus, sed confiteamur.
2. Exemplo hujus servi, ad misericordiam regis nostri cœlestis confugiamus, ut & Publicanus ille. *Lucæ 18.*
3. Omnia applicando nobis meritum Christi Salvatoris nostri solvamus, & Dominus nostri miserebitur, nos dimittet, debitūq; nobis condonabit, ut Christus in hodierno Evangelio docet. Is enim delevit chyrographum, quod contra nos erat.

ψ32.

Prov:28.

1. Johā:1.

Coloss:2

Vsus.